

*Chronographia.*

Qvod si unquam Parentibus succurrentum, certe  
cum id faciendum est eo tempore, quo calamitatibus pressi fe-  
re succumbunt, imprimis verò in senectute tristi, ubi tempore  
præsertim hyemali, quando omnia frigore concrescunt & alo-  
gent, vires illorum exhauriuntur.

*Prosopographia.*

Parentes nostri in naturali & implantato amore nos prosequi-  
tur. salutem nostram utrue capentes, valent prudentia, expe-  
riencia, consilio, judicio confirmato: merito itaq; suspiciendi.

*Hypotyposis.*

Parentes nostros vel etiam hoc nomine magnifacia-  
mus, qvòd omnem curam & diligentiam in filiis educan-  
dis adhibent; quoties sit, ut noctes insomnes ducant, cogita-  
tionibus suis hinc inde oberrant, gemitus & suspiria ducant,  
manibus elebatis & flexis genibus Deum invocent, nulli labore  
parcant, & omnem lapidem movent, solum ut filiorum salua  
procuretur.

*Pathopœja.*

Ecqua tandem, vos carcinomata & immorigeri, non digni,  
quos filiorum nomine appellem, malitia bestios. inbasit  
animos, quæ pertinacia, quæ protervia, ut vestris parentibus  
qvævis mala inferre non vereamini? Dispeream, si non hæc  
Deus gravissima pœnâ est vindicaturus.

*Ratiocinatio.*

Habeatur tandem honor parentibus, qui gestibus, bul-  
tu placido, sermonis suavitate factisq; suis satis declarant,  
quantam filiorum rationem & curam habeant.

*Παρένθεσις, Digressio.*

Parentibus debitum honorem qui non exhibet, extin-  
guere videtur naturalem amoris flammam, qvâ filii erga  
genitores flagrant, qvæque flamma in ipsis brutis reperi-  
tur. Sic Ciconia parentes senectâ defessos vicissim alit, &  
volandi impotentes humeris gestat. Celebratur pari mo-  
do à naturæ indagatoribus upupæ erga parentes offi-